



## MEDITATIO PRIMA.

DE

VARIIS NOVELLATORVM GENERIBVS.



§. I.

ovellare, græce νεώσαι, vel νεόσαι proprie quidem (ut CALVINVS a) notat) significat novum agrum colere, seu novas vites pangere. Ita SVETONIVS b) de Domitiano scribit: *Edixit, nequis in Italia novellaret.* Improprie tamen, & per Metaphoram sumi potest pro invenire aliquid novi, illudque in actum redigere conari. Unde & Novellator recte compellatur is, qui rem novam excogitat, atque effectui dare tentat. Equidem fateor, hanc vocis significationem non ita esse obviam. Interim cum teste TVLLIO c) tanta verborum copia non sit, ut res omnes suis certis, ac propriis vocabulis nominentur; quandoque voces a nativa, & propria sua significatione ad aliam transferendæ sunt. Etenim  
*verbi*

a) in *Lex jurid.* voce novellare.

b) in *Domitiano Cap. VII.*

c) in *orat. pro Caccinna.*

*verbi* (sunt verba Oratorum Principis) d) *translatio instituta est inopiæ causa, frequentata delectationis.* Quare & Ego deficiente proprio rei nomine translata potius, quam impura, barbara, seu alienigena voce uti malui, recordatus illius, quod SENECA e) in pari occasione jam tum admonuit. Quod dico, non videbitur durum, quamvis primo contra opinionem pugnet tuam, si te commodaveris mihi, & cogitaveris, res esse plures, quam verba. Ingens copia est rerum sine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, sed alienis, commodatisque. Pedem & nostrum dicimus, & lecti veli & carminis: canem & venaticum, & marinum, & sydus. Quia non sufficimus, ut singulis singula assignemus: quotiens opus est, mutamur.

## §. 2.

Novellatoris nomen hodiedum exosum est, ac vix non exitiale. Undenam hoc? A re ipsa recedimus, & cum vulgo loquimur & sentimus. Videmus etiam, & qui in hoc mundo, qui in maligno positus est, aliter contingere potest, videmus plures novellatores malos, quam bonos, atque ita (ut philosophice loquar) a potiori sumimus denominationem. Verum vulgarem deponamus errorem & oculis omnino indifferentibus Novellatorum intuebimur, illique ea prædicata haud præoccupati attribuemus, quæ subjecto reapse conveniunt.

## §. 3.

Novellator non tantum cluet, qui rem novam, & ante hunc diem inauditam, & hætenus nemini cognitam enucleat, atque adinvenit: sed & si quis rem alibi modo cognitam de loco in locum affert, atque introducit,

d) de Orator. Lib. III. Cap. 38.

e) de beneficiis Lib. II. Cap. 34.



ducit, jure illum novellatorem salutaveris. Ita (ut exemplis rem illustremus) recte novellator audit Evander, qui referente VIRGILIO f) profugus ex Peloponneso autoritate magis, quam imperio regebat loca, venerabilis vir miraculo literarum, rei novæ inter rudes artium homines. Ita pariter novellatoris nomen meretur, quisquis refricat quampiam vectigalis speciem, quæ vel cum Evandri Matre abhinc seculis abolevit multis, vel cujus injustitiam præter innumeros Theologos modo demonstratum ixit doctissimus CABASVTVS g).

## §. 4.

Quicumque novellatorem agere gestit, ut arte inveniendi polleat, necessum est. Hæc vero, ars nempe inveniendi, sive a priori, sive a posteriori sumpta consistit teste celeberrimo WOLFIO h) in excitatione idearum materialium in cerebro operationibus animæ convenienter facta. Ideas excitare nemo potest, quin cogitet, & cogitare nemo potest, quin percipiat, & appercipiat. Jam vero percipimus secundum nostros affectus, seu (ut cum laudato Philosopho i) magis philosophice loquar) præsentem rei, quam appetimus, perceptionem in prævisam, perceptionem contra rei, quam averfamur, præsentem in partem contrariam perceptionis prævisæ mutare, seu impedire conamur, ne perceptioni prævisæ in nobis sit locus. Facile hinc colligendum, quales affectus, tales & nostras existere perceptiones, tales & cogitationes, tales & ideas. Sicuti exempli causa homo animalis non appetit, seu non affectat ea, quæ sunt spiritus, ita nec percipit ea  
quæ

f) de rer. inventor. Lib. I. cap. 6.

g) in jur. Canon. Theoria &amp; praxi Lib. VI. C. XIX. §. 8.

h) in Psycholog. rational. Sect. I. C. IV. §. 479.

i) ibid. Sect. II. Cap. I. §. 504.

quæ sunt spiritus, ita nec de spiritualibus cogitat, ita nec spiritualium ideas excitat. Unde porro consequitur, quod, si affectus sunt boni, bonus pariter sit novellator, contra si affectus pravi, & novellator pravus existat.

## §. 5.

Bonus novellator erat HENRICVS IV. Galliarum Rex, quippe qui varii generis artificia instituit, reditus brevi annorum spatio mirum in modum amplificavit, universumque Rei Francicæ statum ita ordinavit, ut (ceu DE BVSSIÈRES k) adnotat) oppleto nulla plebis miseria ærario, ac copia rerum omnium in regnum invec̃ta, Francia jam oblita calamitatum, otio indulgens, & voluptatibus, indigeret bello, quo sanum corpus ad saniolem mentem revocaret. Bonus Dux de SVLLY, dignus omnino, cui alte fatus Rex Henricus l) scriberet „Vous sçavez par beaucoup de choses, qui se sont passées touchant mes Maitresses (qui ont été les passions, que tout le monde a creu les plus puissantes sur moi) si je n'ai pas souvent main- tenu vos opinions contre leurs faintaisies, jusques à leur avoir dit, lors-qu'elles faisoient les accariastres, que j'aimerois mieux avoir perdu dix Maitresses comme elles, qu'un serviteur comme Vous, qui m'étéis nécessaire pour les choses honorables & utiles: Je quitterai plutôt Maitresses, amours, chiens, oyseaux, jeux, brelands, bastimens, festins, banquets, & toutes autres depenses de plaisirs & passetems, que de perdre la moindre occasion & opportunité, pour acquerir honneur & gloire, dont les principales, après mon devoir envers Dieu, ma femme, mes enfans, mes

k) Histor. Francic. Lib. XXIII. num. 21. pag. m. 584.

l) Memoires par Maxim. de Bethune, Duc de SVLLY P. III. Tom. V. p. 243.



„mes fideles serviteurs, & mes peuples, j'aine com-  
„me mes enfans, font, de me faire, tenir pour prince  
„loyal, de foy & de parole & de faire des actions sur  
„la fin de mes jours, qui les perpetuent & couron-  
„nent de gloire & d'honneur. Bonus ὁ πᾶν CON-  
RINGIVS. Id quod inter cætera comprobatum de-  
dit, dum consulenti FRIDERICO WILHELMO Ele-  
ctori Brandenburgico m) consulebat: „Vors andre  
„aber muß dahin gearbeitet werden, damit der Untertha-  
„nen Gemüther, absonderlich an denen Orten, da eine  
„Revolte zu befürchten, genommen, jedoch dabey der  
„Churfürstliche Respect erhalten werde. Beydes kann  
„man erlangen, einmal wenn denen Unterthanen zur Un-  
„gebühr nichts wird aufgebürdet, und der lieben Justiz  
„ihr freyer Lauf gelassen wird, nämlich durch rechtmäßige  
„Bestrafung wird ein jeglicher in schuldiger Gebühr gehal-  
„ten, achte auch dannenhero, daß so wohl in Preußen als  
„an den Clevischen absonderlich, weil allda die Untertha-  
„nen ziemlich aus den Schranken treten, eine Severität zu  
„gebrauchen, jedoch nur in privatis delictis singulorum,  
„dann in publicis multorum man der Schärfe gelindere  
„Mittel vorziehen muß. Wo auch der Respect und Ge-  
„rechtigkeiten gefallen, müssen dieselbe, jedoch sensim und  
„nicht auf einmal, oder mit einer Behemens, hinwieder  
„redressiret werden, welches durch verständige Diener al-  
„serseits ohnschwer stehet zu repariren, zumalen ihnen das-  
„selbe in geheim ernstlich wird anbefohlen, wie man denn  
„auch in geheim eines jeglichen Orts Gebrechen am aller-  
„besten kann erkundigen und gute Anstalt pro rei cujus-  
„que statu & conditione machen, und ist diese Vorse-  
„henheit am allermeisten nöthig in denen Clevischen und  
„Preußischen Ländern, absonderlich in jenen. In denen  
„Mar-

m) Vid. Consilium an Friedrich Wilhelm, Churfürsten zu  
Brandenburg wegen seiner Länder, quod existat in CON-  
RINGII Oper. omn. Tom. I. pag. 984.





„scopus, honorem ut deponeret. Sed is, cujus in-  
 „stinctu in præcipitium hoc inciderat, hostis humani  
 „generis, huic tam laudabili Diœcesi infestus, ratus  
 „se occasionem nactum, iram suam nunc tandem in hanc  
 „Ecclesiam evomendi, omniaque fursum & deorsum  
 „vertendi, aliud meditabatur. Intercedebat Archi-  
 „episcopo magna familiaritas cum Comite Solmensi,  
 „Nuenario, aliisque Calviniani dogmatis hominibus.  
 „Illi nequaquam propter matrimonium Electoratus  
 „atque Archiepiscopatus dignitatem reliquendam esse  
 „ajunt: non repugnare Sacerdotium & matrimonium  
 „persuadent: Sacras literas & Imperii constitutiones,  
 „pro hac sententia militare dicunt. Mulier quoque  
 „(quæ majoris erat apud ipsum auctoritatis, quam omnes  
 „Ecclesiæ Canones & decreta, omniumque patrum  
 „definitiones) quotidianis blanditiis eum non difficul-  
 „ter in hanc sententiam pertraxit: in affectuum enim  
 „atque perturbationum imperio, exulat omnis ratio,  
 „sanumque judicium. Vilum itaque fuit (ut ad sco-  
 „pum hunc perveniretur) Religionem mutare: idque  
 „non statim, sed per occasionem faciendum esse,  
 „Malus quoque compellendus **CRONVELLIVS**, formi-  
 „dolosissimus domi, forisque protector, eo (ut **PVF-  
 FENDORFII** o) verbis utar) *in prinis artificio clarus,*  
*quod non alius mortalium in re divina dissentiones peri-*  
*tius accommodare ad suam utilitatem potuit: dum suo*  
*quamque scilicet sensu abundare, & suo modo operari*  
*sacris sineret, singularum sibi studia conciliabat. Quare id*  
*consecutus est, ut diviso religionibus populo omnis coeundi,*  
*& in eum conjurandi facultas præriperetur. Malus deni-*  
 que, imo & omnium pessimus **MACHIAVELLVS** natura  
 teste **IOVIO** p) perargutus & docilis, falsique judicii ple-  
 nus,

o) in *Introduct. ad Historiam C. IV. §. 29.*

p) in *Elogiis Viror. Doctor. Cap. 87.*

nus, irrisor, Atheus, tantusque nequitiarum inventor,  
 ut vere de eo ANTIMACHIAVELLVS q) „scribat  
 „Principem Machiavelli periculosissimis, quotquot post  
 „homines natos scripta, & in lucem edita sunt, ope-  
 „ribus semper adnumeravi. Liber iste non potest non  
 „in manus Principum, aliorumque, quibus politica  
 „ad palatum est, incidere. Quid proclivius est ado-  
 „lescenti gloriæ, & laudis avido, cui neque animus  
 „adeo confirmatus, nec tam intelligens est iudicium,  
 „ut bonum a malo caute internoscere possit, quam ut  
 „illis politicarum artium consiliis, quæ cupiditasibus  
 „suis lenocinantur, corrumpatur. Quod si vero turpe  
 „est, hominis privati, leviter tantum rerum in orbe  
 „gerendarum momenta attingentis, puram, atque in-  
 „tegram mentem illecebris irretire: quanto turpius  
 „erit Principes mala disciplina depravare, quos popu-  
 „los gubernare, iustitiæ pertes agere, ejusdemque  
 „exemplo civibus suis præluce, bonitate magnanimi-  
 „tate & misericordia vivam, spirantemque supremi nu-  
 „minis imaginem præ se ferre oportet.

## §. 7.

Quantumlibet recta ratio in omnes, quotquot exi-  
 stunt diffusa sit mortales: non omnes tamen æque ra-  
 tionabiliter operantur, neque æque fideles eam sequun-  
 tur ducem. Alii singula iudicia successive formant, ad  
 notiones irrefolubiles propius accedunt, principio re-  
 ductionis heuristicae utuntur, demonstrationes comple-  
 tas, atque ordinatas dant, nulla ex parte industriam  
 suam desiderari patiuntur, atque ita solide agunt. Alii  
 contra vel non satis perspectas propositiones habent, vel  
 ex propositionibus jam cognitæ veritatem minus ordi-  
 nate eruunt, vel principium quodpiam, quod demon-  
 strationem ingredi fas erat, prætermittunt, vel legiti-

m1191

q) in præfatione, edit. Amstelod. 1743.



mum ordinem negligunt, planeque infolida incedunt. Diversa hæc agendi methodus cum & in novellatoribus deprehendatur, merito eos in solidos dispecimus, atque infolidos.

## §. 8.

Inter infolidos referri potest **BOCCALINI** r) ad Turcas tropice scribens „Dopo, che gli huomini inclinati al riposo, hanno trovato invenzione di far „guadagno colle parole, è che l'eloquenza trasformata in loquacità, è divenuta venale, e violente ne „cuori degli ascoltanti, voi avete ben fatto à proibirta in tutti, specialmente levandone l'occasione, „insieme cogli Avvocati, i quali con l'arte oratoria, „(come non v'è cosa, che più assottigli l'intelletto dell' „interesse) s'applicano con ogni studio ad incantare i „Giudici, lusingando le loro orecchie per disporre de' „loro cuori, con non minor danno, che travaglio „de poveri pretenfori, i quali vedono à ponere in „disputa le loro ragioni, ed in pericolo i loro beni, „è spendono nel foro la metà; è sovente molto più „di tutte le pretenzioni, poiche le belle parole occupando il luogo alla ragione, opprimono la verità, ingannano la giustizia, e corrompono il giudizio. Lodi „diamo perciò molto la vostra prudenza in tenerlontani da' fori la turba degli Avvocati, ed in giudicare „brevemente sopra l'espolizioni, poiche il giudizio è „tanto più purgato, quanto che non è confuso da „vanità oratorie, è non permettendo che gli Avvocati s'arricchano, mentre gli clienti divengono poveri, „veri, „. Haud consideravit incautus Italus eliminatis advocatis vel iudicem vel ipsos litigantes advocatorum vices subire debere, utrumque vero moraliter implicare. Quid enim si advocati munus explendum simul

B 2

judici,

r) nella Pietra del Paragone Politico pag. ult.

judici, nonne tum causæ judicem æque ac defensores, & quidem non actoris tantum, vel rei, sed utriusque partis advocatum aget? Annon insuper sæpe sæpius perulstrare habebit immensam farraginem, sive pertinentium, sive impertinentium documentorum, quæ omnia ad perorandam causam necessaria fore imperiti litigatores obganniant? Qui autem partibus imponere vult, ut ipsæ suas causas perorent, pari is jure exiget, ut ipsæ arent, ut ipsæ occent, ut serant, ut vestes texant, ut calceos conficiant, ædesque exstruant. At, quid Italicis ineptiis diutius immoramur?

## §. 9.

Longe profecto solidius, rectæque rationi conformius est, quod egregio Regis Borussiae Rescripto de quarta Octobris 1746 s) cavetur: *Dahero denen Advocaten künfftig nicht mehr frey stehen soll, cavillatorie litem zu contestiren, und sich nicht mit dem Asyllo der Rabulisten, nego narrata prout narrantur, zu behelfen, sondern sie müssen das Factum, wann etwa andere Umstände dabey vorkommen, wie es in der That ist, anführen, vor allen Dingen aber sich hüten, daß sie nichts vorsestlich läugnen, was hiernächst durch Eidesdelation, oder sonst wahr gemacht werden könnte: weil auf solchem Fall die Partey mit einer starken Geldbusse bestraft, der Advocat aber ohne Gnade cassirt werden soll.* Et, quod sagacissimus Novellator paulo post adjicit: *Nach geendigtem Prozesse müssen die Advocaten ihre Advocatur und Procuraturgebühren liquidiren, da dann das Collegium solche mit denen Acten conferiren, und wann der Advocat redlich gehandelt, darüber keine unnöthige Weitläufigkeit machen, sondern ohne*

s) Exstat Rescriptum in Constitution und Ordnung, wie die Prozesse in königlich. preussischen Landen bey allen Instanzen in einem Jahre zu Ende gebracht werden sollen 1748. S. 43 u. 47.



ohne höchstnöthige Moderation das liquidirte Quantum ihm zu erkennen, auch den Advocaten ohne Kosten, allenfalls auch durch die Execution dazu verhelfen. Wenn aber der Advocat eine offenbare ungerechte Sache defendiret, unnöthige Exceptiones, oder Incidentpunkten hervorsucht, oder die Schriften mit verdrießlichen Repetitionen weitläufig gemacht hat, so soll dessen Honorarium der Sportelkasse zugesprochen, und er dem Befinden nach weiter bestraft werden. Würde ein Advocat sich unterstehen von einer Partey per directum, oder per indirectum etwas zu nehmen (aureis vere id exarandum caracteribus) es mag Vorschuß, Präsent, oder sonst einen Namen haben, so soll der Advocat ipso facto cassirt seyn, und die Partey das Duplum zur Sportelkasse erlegen.

## §. 10.

Quotidiana porro edocemur experientia, quosdam ex veritatibus universalibus, ac notionibus determinatis latentes veritates ingenio suppetias ferente colligere, ex aliis præviis nova judicia efformare, atque incognitos hactenus inventus producere, quosdam vero aliorum scrinia expilare, observationes atque experimenta jam modo facta de loco locum afferre, atque ad Rempublicam, in qua degunt, applicare. Unde nova Novellatorum sese prodit divisio in Rationales scilicet, & Empiricos. Rationalis titulum optimo jure sibi attribuit Illustris de MONTESQUIEV, dum in eleganti, quod de legibus, earundemque indole congestit, opere t) præfatur „Je n'ai point tiré mes principes de mes préjugés, mais de la nature des choses. „Jci bien des vérités ne se feront sentir qu' après qu'on „aura vû la chaîne qui les lie à d'autres. Plus on réfléchira sur les détails, plus on sentira la certitude des „principes. Ces détails mêmes, je ne les ai pas tous

B 3

„don-

t) Dans la Preface de l'Esprit des Loix.

„donnés; car qui pourroit dire tout fans un mortel  
 „ennui, . Empirici contra sunt, de quibus clarissi-  
 mus Dominus de MOSER u) scribit: Teutschland wim-  
 melt von Politifern, es hat aber nur einen Friderich. Al-  
 les will ihn copiren, das Original ist und bleibt incom-  
 municable. Die preußische Kameral- und Kriegsverfas-  
 sung gleicht Schanderbergs berühmten Säbel, sein Arm  
 gehörte mit dazu.

## §. II.

Cum denique exitus Votis non usque respondeat,  
 sed optimus inventus pessimum quandoque fortiatur  
 eventum, instituti ratio postulat, ut ab eventu Novel-  
 latores vel felices, vel infelices denominemus. Inter  
 postremos locum occupat CAROLVS XII. Sueciæ Rex,  
 qui multa quidem, vereque magna moliebatur, plu-  
 rima tamen cum successu tam sinistro exequabatur, ut  
 manum manipulos colligere avidam loliis, ac Zizaniis  
 impleret. Cum (ut e multis unum saltim historiæ do-  
 cumentum adducam) Petrum I. magnum Russiæ Du-  
 cem de folio deturbare decerneret, ipse prope Pul-  
 tow devictus, prostratusque in Bender refugere, Tur-  
 cumque asylum querere tenebatur.

## §. 12.

Metam propius attigit, atque hinc felicium falsis  
 adscribendus venit PETERVS I. magnus Russiæ Dux.  
 Is (ut cuique obvium) artes & scientias, quas in alie-  
 na terra magno labore, atque industria addidicerat, sibi-  
 que compararat, in suam ditionem redux attulit, scienti-  
 ficos, artificesque mira sagacitate allexit, omnis gene-  
 ris artificia instituit, feros populos mansuetos reddi-  
 dit, nobilissimis disciplinis imbuuit, ad cultum, jusque  
 homi-

a) In Kleinen Schriften zur Erläuterung des Staats- und  
 Völkerrechts, Band IV. S. 512.



hominum, quod in generis humani societate situm est, erudit: pater vere publicus & communis esse cœpit, &, ceu MARO x) de Saturno canit :

*Is genus indocile, ac dispersum montibus altis,  
Composuit, legesque dedit.*

Epocham hanc pluribus enarrat Continuator PUFFENDORFII y), cujus verba heic adjicere non pœnitebit, von den Qualitäten der russischen Nation (ita habent) müssen unsere Zeiten ganz anders schreiben, als die vorigen. Würde dieselbe ehemals wegen ihrer Unwissenheit und üblen Sitten von andern Völkern unter die Barbaren gezählet: so wird sie nun mehr und mehr zu den Wissenschaften und guten Sitten angeführet; nachdem der unvergleichliche Kayser Petrus I. sich selbst zu einer lebendigen Richtschnur vorgestellt, und an seinem Beispiele gewiesen, daß es auch den Russen an guten Gaben des Gemüthes und Leibes nicht fehle. War vor diesem die Unwissenheit gleichsam durch ein Gesetz befohlen, wenn Reisen und Studiren verboten gewesen: so werden nun die vornehmsten jungen Herren in fremde Länder geschickt, um sich durch angestellte Reisen mehr und mehr zu qualificiren. Wußte man vormals nichts vom Studiren; so finden iso die Künste und Wissenschaften ein neues Vaterland bey den Russen, und zeigen unter dem Schutze ihrer klugen Monarchen von Zeit zu Zeit größern Wachsthum und reifere Früchte. Zu Moskau, Petersburg und Kiow sind Schulen vor die Sprachen, die Humaniora und die Mathematik gestiftet. Auf denen Dörfern sind kleine Schulen angeordnet, um die Kinder im Lesen und Schreiben zu unterrichten. In Moskau ist eine medicinische Schule und öffentliche Apotheke angelegt, welche die großen Städte

B 4

x) Aeneidos Lib. VIII. vers. 321.

y) Puffendorfs Einleitung zu der Historie der vornehmsten Reiche und Staaten, Theil I. Kap. 12. §. 12. lit. A.

und die Armen versorget; da man vorher im ganzen Reiche keinen Medicum als nur vor dem Czaar, auch keinen Apotheker gehabt. Ich übergehe die öffentlichen Lectiones Anatomicas, wovon vor diesem der Name nicht bekannt gewesen. Wozu sonderlich dienet das von dem Czaar gekaufte Cabinet des berühmten Ruysch. Ich sage nichts von dem wohlversehnen Kräutergarten, in welchem die Botanici die Schätze von Norden, China, Persien einsammeln. Ich gedenke nicht des wohl angelegten Observatorii, wo alle Seltenheiten der Natur zu finden, der Buchdruckereyen und Bibliotheken, die sonst in Rußland seltene Dinge waren, sind nun in solchen Stand gesetzt, daß sie andern nichts nachgeben. Es wurden ausländische Bücher in die russische Sprache übersetzt, wie denn im Jahre 1717 eben dieser Einleitung zur Historie des seligen Herrn von Puffendorfs die Ehre wiederfahren, daß sie in dieselbe übertragen worden. Im Jahre 1721 kam ein Lexicon Russico-latino-Germanicum heraus, und der Czaar gab Befehl, das allgemeine historische Lexicon in die russische Sprache zu übersetzen. Wie schlecht war ehemals die Staatsverfassung bestellt? aber nun muß man erstaunen, wenn man dieses große Reich in seinem igtigen Glanze betrachtet. Und zeigt nicht der kaiserliche Hof einen solchen Pracht, welcher die Ausländer in Verwunderung setzt? durch gute Policerordnung ist es nun in den großen Städten bey Nacht so sicher als bey Tage, darinn es vorhero des Nachts so gefährlich als in den entlegensten Wäldern gewesen. In Summa, Rußland ist durch die kluge Anstalten des großen Petri I. in eine ganz andre Gestalt gesetzt worden.

## §. 13.

Recensis Novellatorum generibus ordo ad materias, seu objecta perducit. Præcipua eorum uti ob gravitatem, magnitudinem, excellentiamque suam speciali



ciali meditatione indigent, ita quodlibet separatim, ac distinctim pertractabimus.

MEDITATIO SECUNDA.

DE

NOVELLATORIBVS CIRCA ARTES ET  
SCIENTIAS.

§. I.

Scribat venenatus AGRIPPA a): „Ego alius generis  
„persuasus rationibus, nil perniciosius, nil pesti-  
„lentius hominum vita, animarumque nostrarum sa-  
„luti posse contingere arbitror, quam ipsas artes,  
„ipsasque scientias. Ideoque conuerso ordine agen-  
„dum censeo, & scientias ipsas non tantis præconiis  
„extollendas, sed magna ex parte vituperandas esse,  
„mea opinio est, nec ullam esse, quæ careat iusta re-  
„prehensionis censura, neque rursus, quæ ex se ipsa  
„laudem aliquam mereatur, nisi quam a possessoris  
„probitate mutuatur,,. Contrahiscent, & reclami-  
tent moderni. Gallorum nasutuli, ac dicaculi, minus  
æqui rerum arbitratores, & scientias veras a simulatis,  
atque inanibus vel non sequegantes, vel vitia nativa, &  
consuetudinaria scientiis improbe adscribentes: firma  
mihi usque sedet sententia, eos non tantum laudabili-  
ter, verum & utiliter agere, qui novam scientiam, ar-  
temve invenire, vel inventam latius protendere sata-  
gunt, atque excollere. Agedum! Num medicinam,  
quæ mortalibus inter tot morborum undique erumpen-  
tium genera versantibus divina, ut ita dicam, reme-  
dia suggerit, a se inventam esse. Apollo injuria præ-  
dicat, ad Daphnen dicens b).

B 5

*Inven-*

a) de vanitate scientiarum Cap. I.

b) apud OVIDIVM Metamorph. Lib. I. vers. 521.